

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Anthologia Sacra**

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis  
versibus comprehensa

**Billy, Jacques de**  
**Parisiis, M.D.LXXV.**

De spiritualis illuminationis gradibus. 62.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](#)

S A C R A

est, mētio fit. Per nabala enim  
dū intelligo, qui christo, cui n  
uid typū gerit, vsq; adeo ingru  
se p̄ebet, vt quāuis ipsius fau  
atq; auxilio, tum ipse, tū omni  
opes suæ, cōseruentur, propter  
tamen eum aspernari non del  
nit, atque omne inhumanum  
genus in eos exercere, quos  
ipsius castra sese cōtulisse cer  
multo potius habens messis  
suos, hoc est, eos, à quib⁹ colim  
epulis accipere, quā eos, qui in  
gno illi imperatori nomē dedic

De spiritualis illuminationis gradibus

62.

**F**asciculus viridis, simul ut iactatur in ignem,  
Non ardet: manat fumus at inde grauis.  
Post coctis sensim lux quedam humoribus exit:  
Ac denum exiliens maxima flamma micat.  
Sic animo cecus qui multis extitit annis,  
Non pulsata ex oculis omnia nocte videt.  
Palpat enim primum, atq; alios videt arboris in  
Pergere: tum claro lumine cuncta notat.

## SCHLOIA.

*Fasciculus viridis*) Pius ille, ac singulari quo dā zelo præditus Ger-  
son, in eo sermone, quē de D. Ber-  
nardo habuit, ignem diuini amo-  
ris primò cum multo carnalium  
desideriorum fumo torrere ait, &  
flamnā non nisi rarā raptim emi-  
care: dehinc flamnam rapaciorē  
exurgere, conuolutam tamen fu-  
mo phantasmatum: ad postremū  
velut in carbone suo nitere, de-  
puratū ab omni fumo passionū.  
Atq; etiā in eundem sensum alio  
loco animam primū amore lá-  
guerescribit: deinde amore mori,  
dum carnis molestiis caret: ac  
denique amore viuere, quem-  
admodum Paulus, cùm dice-  
ret, Iam non ego viuo, viuit au-  
tem in me Christus. Atque in hu-  
ius rei typum reginam Sabā pro-  
fert, quæ primū in itinere ve-

*Ser. vlt.*  
*in fest.*  
*omn.*  
*sanc̄t.*

*Gal.2.*

*3. Reg.*

S A C R A

xatur , postea moritur stupore,  
demum viuit lætitia.

Domandam ac subigendam  
carnem esse.

63.

*Q*uid sibi vult quòd sacra cohors ad iussa Propri  
Concita fraterno sanguine tingit humum.  
Nempe quòd esse Dei nequit is, qui pignora, fran  
Cognatos, legem numinis ante locat.  
At neque cognatus, toto nōc frater in orbe est,  
Qui mihi carne mea iunctior esse queat,  
Leuius ergo gradum quisquis desiderat ille  
Non dubitet carni bella mouere sua.

S C H O L I A .

*Quid sibi vult*) D. Ambrosius,  
superius diximus, mysticæ cuius  
dam mortis mentionem facit, quæ  
tum demum existit, cùm hom  
peccato moritur, ut iusticiæ viu  
Qua quidem morte Paulus af  
Etus erat, cùm diceret, Mihi m  
dus crucifixus est, & ego mu  
*Gala 2. do.* Vnde etiā ad Romanos sc  
*Rom. 6.* bens his verbis vtebatur, Si mo